



Obscura clarescunt.

C A P V T X X I I I .

Aliud oculis periucundum
experimentum obijciam,
quo ostendam falsa acidis non ef-
se contraria.

Ex vitrioli exsiccati libris tri-
bus, nitri libris duabus, com-
munis sulphuris floribus vncijs
sex, & salis communis libris
quinque semis, & laterum pul-
uere, quantum satis, ne salia
cum sulphure fundantur, sint
huius pulueris libræ sex, misce
exacte pulueres minutos, & di-
stillam aquam ex arena saltem in
hanc aquam, sine præmissa re-
ctificatione, immitte nummos
aureos, & intra paucas horas,
in tepido loco, videbis aquam
aureo colore tinctam, (occasione
huius tincturæ, memoriæ sub-
venit, quod non sine herculeo

*Auri Tin-
ctura.*

R

labore, ignis ope, magnâque diligentiâ ascendit alcali volatile (cuius alibi mentionem feci) grati odoris, adedò rarum leueque, vt vix à tangente digito sentiatur, aliquando grisei, aliquando niuei coloris, salini saporis, linguam ferientis & penetrantis; ita subtile, vt citra ignis irritamentum, in aperto vase, sponte in auras abripiatur, cum per se ipse in igne constans persistat; per huius alcali proprietatem inquam, fiunt Aurum, Argentum, Mercurius, Crystallus &c. verè potabilia, ita vt non solum in corpora redire sit impossibile: sed insuper sic à vinculis coagulationum liberantur, vt libere nobiscum colludere queant &c. Sed cum hæc & similia non sint huius loci, lubens ea nunc prætereo) quam effunde, & aliam superadde, & iterum distilla in loco calido, donec aqua satis sit tincta: Aquas tinctas confunde in aliam phio-lam, atque in illam aquam pone

Hippocrates Chymicus. 195

laminas argenti, prius cuppella-
ti; tunc aureo colore tincta a-
qua statim nigrescit, paucisque
momentis totum argentum in-
visibiliter dissolvitur, caditque
totum in calcem nigram, quam
periti in arte, sine contradic-
tione aurum dicunt. Notandum:
quod aqua, ab auro non tincta,
argentum non solvit, imò ne
tangit quidem: hinc Basilus de
Argento a.

a De pro-
prietatibus
planetarum

*Animam meam, spiritum meum
corpusque meum,
Regi meo in totum consecraui.
&c.*

Aureos nummos abluere, hos
reperies aliquantulum pallidio-
res, sed parum aut nihil de pon-
dere amisisse: hoc experimen-
tum est consideratione dignum.
Cum verò supradictæ species,
igne nudo & aperto distillaueris,
addito plus de farina laterum;
tunc sanè non extrahit tinctu-
ram, sed totum aurum planè dis-

R ij

soluit. Hoc inquam experimen-
tum (licet inutile videatur, iu-
cundum tamen est, & magni
momenti) sine sale non succe-
dit, adeòque sal acidis his spiri-
tibus non nocuit.

*Antimonij
sulphur.*

*minera an-
timonij ex
Rauris mō-
ribus, venis
vel maculis
rubris, hoc
modo solui-
ta, fundit
aurum.*

Sic etiam aqua fortis simplex
ex nitro & alumine, vel vitrio-
lo, non rodit neque dissoluit
Antimonium crudum: sed super-
adde huic aquæ tantum salis
fusi, id est mundi & puri pulue-
rizati, quantum soluere potest,
hanc aquam superfunde antimo-
nio, grosso modo saltem contu-
so, sicut milij grana circiter, &
illico leni calore agit in Antimo-
nium, cuius regulum rodit; cui
statim aquam frigidam superad-
de, & videbis sulphur separa-
tum, quod aquæ instar picis su-
pernatat. Nota autem, quod
unicâ vice non ultra duas circi-
ter drachmas soluere tentes,
aliàs in maiori quantitate, cor-
roditur quoque sulphur aqua, &
in fæces abit.

Hoc sulphur edulcora aquâ

Hippocrates Chymicus. 197

frigidâ , & aspectu simile erit communi, nisi quod parum viridescit. Et hæc separatio sine fale non succedit, adeoque non obfuit acidis.

Ex hoc sulphure, additis duobus simplicibus oleum compones, quocum dorfi spinam, carpos manuum, plantasque pedum, vnicâ horâ ante paroxysmum si inunxeris, febres intermittentes tertianas omnes tolles.

Oleum febrifugum.

Hoc sulphur est basis artificiosæ vndæ, in qua si dissolvitur argentum, præcipitat magnam eius partem in calcem nigram, quam aqua fortis deinceps non tangit.

Idem sulphur, vt & antimonium crudum, rubris punctis notatum, cum portiuncula auripigmenti mixtum & puluerizatum, quocum, si cementatur Cristallus, acquirit rubini colorem. Ventum caueas, aliàs fatiscit in rimas, aut diffringitur.

Cristallus tingit rubinum.

R. iij.

*a. Tract. de
verbis her-
bis & la-
pidibus.*

*Timpani-
tidis reme-
dium.*

*Balsamus
sulphuris
Rulandi.*

Hoc est sulphur illud antimonij, quod Helmont extrahere iubet *a*, & vix à vulgari discrepat visu, nisi quod parum in viriditatem vergat; Quantum hoc sulphur præstat in Hydrope, quam Tympanitidem dicunt, norunt ij, qui illud mecum in usum vocarunt. Imò etiam, Rulandi Balsamum ex hoc sulphure elicatum fuisse, constanter affirmo. Pergit Helmont. Fac cinnabarim, inquit: Scio, quod plurimi anxie, & magnâ inquietudine sese agitant cum hâc operatione; quam nunc claro sermone aperiam. Hoc antimonij sulphur, leni igne funde, in ferreo cochleare, fuso sulphure; cuius sit ex. gr. vncia semis; adde Mercurij drachmas sex, plus minus non refert, (sulphur enim tantum recipit, quantum mortificare potest) misce continuo spatulâ ferreâ, donec refrixerint; massam, reduc in pulverem, (quem plurimi accendunt carbone ignito, vt superfluum sul-

Hippocrates Chymicus. 199

phur deflagret) hunc retortæ largog collo inde (largo collo dico) ne obturetur, à cinnabari ascendente, & per gradus ex arena pelle; tunc quod superfluum erit, aut de mercurio, aut de sulphure, id per collum retortæ decurrit, quod colliges; tunc auge ignem, ut cupella candeat, & cinnabaris elevabitur. Frigefactis rebus, frange retortam, cinnabarim reduc in pulverem, quem septies adhuc sublimabis per se, idoneo vitreo vase, vel retorta, habebisque intentum. Eadem via fit etiam cinnabaris vulgaris, sed sine repetitione sublimationis.

Studio Helmont hinc subicit, mercurium non vulgarem: sed ex ipso antimonij corpore desumptum esse debere, a ad quid namque in aurem filijs nostris, superflua hæc industria? cum eadem cinnabaris sublimetur post distillationem butiri antimonialis: nisi mercurius antimonij hic requireretur?

*Cinnabaris
Antimonij.*

*Cinnabaris
vulgaris.*

*a Unicus
debet esse
rector.*

*Operando
dere, uncur
errores in-
vestigari
prius, aliter
non.*

R iiij